ALDES T. — EPISTOLA CONTRA HARVEIUM

1666

65014/A

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

~~ALDES, T.~~
~~SLADE, M.~~
ALDES, T.

XVIII 5

DISSERTATIO EPISTOLICA,

Contra

GULIELMUM HARVEJUM.

LONDON MEDICAL SOCIETY



AMSTELODAMI,

Apud PETRUM *van den* BERGE, in Foſsâ Magnatum, ſub Signo montis Parnaſſi. An: M DC LXVI.

EPISTOLA THEODORI ALDES

Angli, ad Amicum Batavum data, ubi Guiljelmi Harvei *maximi Medici atque Anatomici, unus atque alter error, quem in libro aureo, de Generatione Animalium, commiſit, ſed maximi momenti, ſimulque cauſæ errorum, ex opinione Autoris, deteguntur.*

AMICISSIME DOMINE.

Quantopere ratio, comite ſua experientia deſtituta, ſæpe vacillet, labatur, imo proruat, in rebus quæ ad Anatomen ſpectant, quantumque è contrario altera alterius auxilio egeat, vigeatque, nunquam magis me comperiſſe puto, quam cum maximi Harvei librum, de Generatione Animalium, ejuſque ſequacium ſcripta, non ſine graviorum ſtudiorum aliquo forſan detrimento,

diligentiſſime perlegi, & ad experien-
tiæ obruſſam, quantum potui, exegi.
Cum enim Doctiſſimus Harveus pulli
generationem & nutritionem ſe tradi-
diſſe optime exiſtimaſſet (quamvis in
aliquibus eum erraſſe, abunde conſtet)
& colliquamentum à ſe dictum in
membrana, quam Amnion vocat, de-
prehendiſſet, albuminaque in aliis
membranis; videtur mihi putaſſe, hæc
ſibi ad generationem & nutritionem
aliorum animalium transferenda; quæ
maxima, ut opinor, illi errorum cauſa
fuit, qua in re tamen ideo forſan alio-
rum [a] aſſenſum impetravit; quod
ipſum parum aut nihil in Hiſtoria pulli
erraſſe, ſua qualicunque adhibita expe-
rientia, didiciſſent, quodque in ovo
quam in aliis experientiam conſulere,
atque etiam alteri credere, quam ma-
nus operi adhibere, longe facilius ſit.
Ita tamen ea, quæ vidit in pullo magnus
Vir, ad alia animalia transtulit, ut
quamvis unum colliquamentum, du-

[a] Ioannis Claudii de la Courvée, &c.

albu-

albumina vidiſſet, unumquodque ſua nembrana diſtinctum, tamen, [a] humore uno ex illis præterito, alterum Chorio aliorum animalium, alterum Amnio, utrumque tamen alimentarem, ineſſe ſtatuerit; qua in re quanum labatur, ille optime noverit, qui Allantoidem (quam male cum Chorio confundit, quamquam ille, ut credo, nunquam vidit, ut ex capite de uteri nembranis & humoribus, quod fere oſtremum totius operis eſt, ſole meidiano clarius patet, cum modo ajat, nodo neget, ſemperque talem, quaem Fabritius deſcribit perneget, quaem nos tamen plus vice ſimplici vidinus) quiAllantoidem inquam,humore xcrementitio, ſive urina, plenam eſſe ropriis oculis uſurpaverit, eamque ex eſica in Allantoidem, & vice verſa k Allantoide in veſicam, leviſſima reſſione fluere animadverterit, omniaue illa animalia, quæ Allantoidem

a Exercit. XII. vel primæ editionis in quarto ercit. XI. & paſſim alibi.

non habent, aut quod idem eſt, quibu
Urachus non eſt pervius, inter qu
homo nomen profitetur ſuum, uri
tantum humore, eoque in Amnio con
cluſo nutriri, ex abortibus humani
ſectionibus Animalium, autopſia ce
tior factus fuerit; vel ex ipſius Harv
relatione, quam de abortibus, ſive ov
hominum inſtituit, attenta lectio
perceperit; ſic enim inquit exercit. 6
Vidi ante natam placentam humorem alb
contineri, &c. Exercitat. autem 55. u
ex profeſſo hiſtorias humanorum fœ
tuum recenſet, ſemper tantum uni
meminit humoris. *Ut Aquam illam*, i
quit, non Aquas, *nullo modo ſudorem*
urinam dici oportere, ſed potius, inſtar c
liquamenti, in ovo pro nutrimento à natu
deſtinatam, ſit veroſimile.

At tamen inquies: D.Harvejus pr
pria experientia, tanquam telo va
diſſimo, inſtructus, negat imo perneg
cervas damaſque, *vid. Exercit.* 6
& oves habere urachum perforatu
nihilominus duos illis humores ine

ſc

tribit: ſed quod ad oves ſpectat, ut, ςερον πρότερον, reſpondeam, in ea re pla-
ne, quod pace tanti viri dixerim, falſus
ſt; cum non tantum Fabritius [a], ſed
& Stenonis F. [b] Anatomicorum cory-
phæi, Allantoidem deprehenderint, per-
iumque obſervaverint. Qui poſterior
am apud Italos ut audio, ut olim
prior, propter ſingularem Anatomes
peritiam, pari modeſtia conjunctam,
n ſummo pretio eſt. Quod vero ad
ervas & damas ſpectat, valde proba-
ile eſt, maxime cum in ove ejus expe-
ientia claudicet, illum hypotheſi ſuæ
ervire, ut duplicem humorem alimen-
arem tueatur, eoque amplius quod
libi, Cap. de Membr. & Humorib.
teri, dicat, *ſe vidiſſe quaſi veſicæ in
ervis proceſſum, urinam in ſe complecten-
em*, qui proceſſus, ſine dubio, fuit
pars Allantoidis abrupta, quod facilius
redet ille, qui unquam Urachum Al-
antoidi conjunctum viderit, poſteaque
bruperit.

a Libr. de Format. Fœtu. b Vid. Rajæ Anatomen.

Ut vero clarius conſtet, quantum i
eo deceptus fuerit maximus Harveju
quod in Chorio quoque nutritium hu
morem contineri putet, perpende qu
ſo illa verba, quæ *Exercitat.* 55. ubi d
Fœtu Humano loquitur, habentur
ut clare conſtet aquam illam (ecce iteru
aquam non aquas) *non eſſe embryon*
ſudorem vel urinam, eadem minore cop
cernitur, pro proportione, prope partum
quam primis prægnationis menſibus. Cu
humor qui in Allantoide continetu
(nullus enim in Chorio ineſſe dici p
teſt, niſi quatenus Allantoidem ambi
& ſic male pro una habeantur, ut ſta
tim clarius patebit) poſtremo menſe
vitulo aliquot librarum ſit, altero q
in Amnio eſt, vix vigeſima parte illu
æquante, cum in eodem vitulo triu
præter propter menſium, valde paru
humoris pro rata parte, ſit in Allan
toide, ſi ad Fœtum, cujus jam partu
inſtat, comparetur; certo indicio, illu
humorem, qui pro rata parte, maxim
minuitur, alimentarem, alterum excre

men

nentitium eſſe, qui augetur: in eo nim conſiſtit vis argumenti Harvejani, um humorem illum fœtus nutrimenum eſſe non ſudorem aut urinam optine contendit.

Reſtat ut alterius erroris Harvejani, iligentiſſimi alioquin & acuratiſſimi iri, cauſam ut opinor, tibi explicem. i quis chorion diſſecet, quod ille ſine ubio fecit, illa parte, ubi Allantoilem, tenuiſſimam membranam ambit, ambit autem immediate) ſtatim humor ffluit, nec Allantoides tam facile videri oteſt, ſi autem Chorion ſuperius, non d latera, ita diſſecet, ut ſolum humoem in Amnio contentum effluere ſinat, uod facile fieri poteſt, integra manet nembrana Allantoides, taliſque qualis Fabricio, maximo Viro, acuratiſſime epicta, humoreque excrementitio turidiore ſive urina plena ſe ſpectandam, um Uracho pervio, exhibet. Urina utem illa, quæ in veſica eſt, non derehenditur acris aut ſalſa (quod notanum adverſus illos, qui propter urinæ ſal-

ſalſedinem eos impugnant, qui urin
innatare fœtum humanum ſcribun
quod quamvis falſum ſit, eâ tam
machina non utendum eſt) in veſi
inquam tam embryonum quam recen
ter natorum vitulorum & infantium
de qua re noſtratibus nutricibus (
infantium urina jam loquor) ſat
conſtat.

Si porro deſideres quid de nutrition
pulli, fœtus vaccini & humani ſentiam
mittam tibi breviſſimam ſciagraphiam
quam fortaſſe, Deo dante, uberiore
prodire ſinam, ubi prius eruditoru
judicia de hac epiſtola audierim, qu
eo ſinceriora futura puto, quod min
amori vel gratiæ daturi ſint, cum il
in Batavia veſtra incognitus ſim, quam
que ideo ad te miſi, ut eodem cando
mecum agas, quo cum aliis ſoleo,
benter erroribus longum vale dictur
ubi meliora edoctus fuero, interi
rogo ut certò credas me in hanc arena
invitum deſcendere, eoque magis in
tum, quod contra Harvejum certa
co

-beam, quem ſcis de complexu meo ſinu eſſe, quemque eſſe Achillem, neque imbellem ac firmum parum, onſtat, adeoque imparem congreſſum ſtimaturum iri: ſed vicit de publico ene merendi ſtudium, omniumque otentiſſima rerum veritas, quam me-um facere credo, cujuſque ſigna ſem-er quantum potui ſecutus ſum, etiam epe ea repudiando, licet non exiguo bore parta, quæ quam maxime antea lacuerant, atque arriſerant. Vale & ne quod facis ama. A°. 1666. *Idibus Iay.*

Tuus

THEODORUS AIDES.